



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1624. usque ad annum 1627

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1778

VD18 90118863

§. 15. Summus Pontifex hisce nuptiis obluctatus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67369](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67369)

Sæc. XVII.
A. C. 1624.

§. XV.

*Summus Pontifex hisce nuptiis ob-
ludatus.*

Complanatis circa Religionem difficultatibus res vix non confecta credebatur; cum adhuc summus Pontifex legis veniam concedere cunctaretur; cognito enim, quod Rex Franciæ cum Anglis armorum societatem iniisset, ne forte Bavarum Electorali dignitate dejiceret, veritus, has nuptias Ludovico XIII. dissuasit. Eapropter Ludovicus Rex Patrem Berullum Patrum Oratorii supremum Moderatorem, qui Pontificis dispensationem urgeret, Romam die decima tertia Julii ablegavit, traditis eidem mandatis, vi cuius exponere jubebatur, quod mutuo partium consensu Regiæ Principi de Religionis libertate tam pro se quam domesticis suis, plene cautum esset, eique Episcopus unacum octo & viginti circiter Sacerdotibus, necnon Sacellum, ubicunque sedem figeret, concederetur, data etiam facultate, ut proles suas ipsamet educare posset; de cetero autem nullum perversionis subesset periculum, cum Regia Sponsa in sua fide optime instructa ac constantissima esset. Adventante Romam Berullo Pontifex

Sæc. XVII. totum negotium Sacræ Cardinalium
A. C. 1624. Congregationi commisit, ex cujus sen-
 tentia petatum, ut non modo Rex An-
 gliæ, ejusque Filius, sed ipsemet quo-
 que Ludovicus Rex de pactorum fide
 idonee caverent, ac publica Londini
 Ecclesia Catholicis concederetur. Cum
 vero Franciæ Oratores, imo & ipse-
 met Richelius Cardinalis, qui jam tum
 in primam regni Francici curam vo-
 catus erat, hisce articulis superfeden-
 dum censerent, die decima Novembris
 in sequentes hæc leges potissimum Re-
 ligionem Catholicam spectantes con-
 ventum est.

§. XVI.

*Pacta nuptialia circa Religionem in-
 ter Ludovicum Franciæ, &
 Jacobum Angliæ Reges
 inita.*

*Gramond.
 Hist. Gall.
 lib. 13.*

Ad firmandum igitur matrimonium in-
 ter Carolum Walliæ Principem, &
 Henriam Ludovici Franciæ Regis
 Sororem hæc pacta fuere signata. I.
 „Diploma contrahendo matrimonio Di-
 „spensatorium Rex Christianissimus a
 „summo Pontifice impetrabit. II. Post-
 „quam pacta in matrimonium conversa
 „solemni Sacramento firmaverit An-
 „gliæ Rex, procuratorem eliget, qui
 „no-